thodum, quam in divinis de re Pöëtica libris tradidit, unicum tamen eorum hoc anno fuſiùs pertractare cæpi, nempè ἐγκωμιαστικὸν agens de vita ac rebus præſtrenuè feliciterq́; geſtis à GEORGIO CASTRIOTO. Cujus herois vitam omnem Marinus Barletius non ignorati nominis hiſtoricus 13 libris olim complexus eſt. Horum inſpiciendorum ſi copia mihi fieri potuiſſet, id quod ſępenumerò in optatis ſed fruſtrà habui, magno equidem adjumento mihi ad hoc pöëma amplificandum fuiſſent. Epitome tamen iſtius hiſtorici à Georgio Bartholdo Pontano olim